



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis

In duas partes distincta

**Teresa <de Jesús>**

**Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.**

Cap. XX. Describitur fundatio conuentus S. Iosephi Segobisie[n]sis; erecta  
ea est anno M.D.LXXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37974**

de necessitate premente postulare cogentur, sed ad victum & vestimenta necessaria omnia, domi ijs darentur, infirmæ verò & ægræ bene haberentur. nam è necessariorum defectu multa sequi solent in commoda & inconuenientia. Et certè, ad multa monasteria facultatibus annuis redditibus non dotata, construenda, numquam mihi animus in fiducia in Deum deest: certa quippe sum, numquam ipsum illis deturum, aut necessaria non daturum: vt verò eisdem prouentus, & qui modicos, assignari patiar, numquam animum habeo: imò verò eodem mallem non fundari.

Tandem rationi & æquitati accedentes, sufficientes pro numero Monachorum redditus nobis assignarunt; & (quo nomine plurimum illis debeo) sua excessere domo, quò nobis eam cederent, & ipsi in aliam satis in commodam commigrarunt. Die itaque Apostoli Pauli conversioni sacro, anno M. D. LXXI. ad gloriam Dei, Sanctissimum Altissimi sacramentum hæc illatum est, & peracta frudatio: quo in loco optime diuinæ Maiestati seruitur: det ipse, vt hocce eius obsequium semper maius & maius fieri possit.

Particularia quædam de nonnullis horum monasteriorum monialibus referre quidem ceperam, rata tum temporis cum hæc ipsa in alio manus venirent, & passim legerentur, illas, quæ modò in viuis sunt Moniales, mortuas futuras: tum etiam, vt quæ post venturæ sunt, ad bona hæc principia vltimò producenda animarentur: at postea mihi viuum est, non defuturum aliquem, qui meliùs, & particularius, nec tali cum meru, qualem ipsa habui, id præstet: cum illos me horum participem esse, arbitratus existimem: vnde etiam multa scribere omisi, quæ non vidit & cognouit, non potest ea ceu miraculosa (sunt quippe admodum supernaturalia) non habere, horum nulla hic referre volui, vt nec illarum, quæ ad oculum & manifestè patuit, illarum per preces Dominum fecisse. Vereor sanè & dubito, ne in annorum, quibus monasteria recondita sunt, assignatione aliquando errem, tametsi omni qua potest diligenter eorum meminisse allaborem, at, quia parum id refert, & vltima facile is emendari error potest, pono eos, quàm possum proximè locum recordari. Si quis verò in his intercurrat error, modicum sanè adnotationem id erit.

## CAPVT XX.

DE FVNDATIONE CONVENTVS SEGOBIENSIS, à glorioso Iosepho cognominati, qui anno M. D. LXXIII. est erectus.

Am supra commemoravi, me, postquam Salmanticensem & Albanam domos fundasè, & antè quàm Salmaticæ Moniales aedes proprias haberet, à P. Pe-

*S. Mator  
sua mona-  
stera vult  
firmare  
diuisibus  
stabiliri,  
aut eam suffi-  
cientibus.*

*Cum suarū  
monialium  
laudes scri-  
bere nolis,*

à P. Petro Fernandio (qui ea tempestate Commissarium Apostolicum agebat) triennio in Incarnationis monasterio Abulæ commorari iussam: item quomodo me idem, visa Salmanticensium Monialium necessitate, Salmanticam ablegarit, ut propriam illis domum conquirem. Ibi cum agerem, mihi inter orandum Dominus ait, Segobiam ut concederem, nouum ibidem monasterium conditura. Hoc mihi fieri penitus non posse videbatur, quod Superioribus non iussibus illinc me nefas esset discedere, & quod P. Commissarius Apostolicus Petrus Fernandus, tum quidem alia fundati per me domum non æquis animis pareretur. neque vero id ipsa sine ratione ab eo mihi negandum arbitrabar, quod conditum, quo in Incarnationis opere me oportebat, nondum exspirasset. Hæc agitanti rursus multo minus significat, facultatem ut ab Fernandio exigerem; hæc enim ab eo haud dubie concedendam. Salmanticæ tum temporis agebam, unde missio epistolio paucis hoc illi perscripti, cum amplissimum mihi iam olim à Reuerendissimo Patre nostro. Generali facta esset abbiuis locorum, si quando daretur occasio, cœnobii constabularii potestas, & iam comoda alicuius in ciuitate Segobienis ex cœnobio se offerret oportunitas, quod loci Episcopus, simul & respublica obfundando non abhorrent, non posse me hoc illi non significare, quidem meæ ipsius conscientie paci priuatim consulere, ipsæ quæ ipse staueret, me paratam acquiescere, itaque securam & equatam me fore. Hæc ipsissima epistolæ fuere verba, nihil illis addendum nec demendo: adiungeam præterea, id mihi videri ad Dei gloriam quoniam mirifice futurum. Facile videre fuit, Maiestatem illius ad vultum etenim ipse lectis litteris, plenam mihi rei perficiendæ potestatem dedit. mouit inopinatus hic illius assensus mihi stuporem, quod longè secus sentientem haud multò antè simili in euentu eam perspexissem.

Quocirca iam inde Salmantica curauim, domum ut amicitiam inducerent. etenim, post Toletanæ & Vallisoleranæ domorum habitationem, didiceram, longe esse satius, non nisi adita iam possessione domum propriam conquirere; idque multis de causis quarum ratione præcipua erat, quod domibus emendis obolum non habere possessione vero iam capta, & sede fundata, Dominus mox de pecunia necessaria prospiceret; præterea quod tum melius sitas & commodiores per otium conquirere liceret.

Agebat tum Segobie honesta quædam Domina Anna Ximénia cognominata, quæ olim viri nobilis & primogenij possessionem fuerat. Hæc Abulam semel ad me visitandam excurrit, eratque

*A Domino  
Segobiam  
abreiuuatur.*

*Satius enim  
fuit esse domum  
conducere,  
quam emere,  
ad cœnobium  
fundandum.  
Anna Ximénia  
eloquium.*

seruicio & cultui addictissima, eiusque vocatio semper fuerat Religi-  
 osum vitam profiteri. Vnde, cum hocce cenobium erigeretur, ipsa  
 & filia, quae semper piam sanctamque duxerat vitam, ei nomina  
 dederunt, quam vero & in coniugali, & in viduali vita senserat mole-  
 stiam & rardiam, illi Dominus eo, quod ex Religiosa postea percepit  
 gaudio, duplicatò rependit. & mater, simul & filia, semper admodum  
 recolleat, & insignes Dei ancilla fuerant. Ipsa ergo domum nobis  
 contulit, & rebus omnibus necessarijs illam instruxit & apparatus do-  
 mesticis, nec non suam sacratio supellectilem comparauit: vnde mihi  
 nullatenus hic laborandum fuit. At, ne qua sine labore & molestia  
 fundatio perageretur, vt raceam, me tum vehementissimæ febris ar-  
 dorem duc exaram fuisse, & stomacho imbecilliori alijsque insuper  
 nullis languore, in credibili anima tum ariditate & ipsa caligine labo-  
 ratur, accedentibus adhæc plurimis corporis doloribus, quorum ve-  
 hementia ad trimestre penè durauit. Quin etiam per annum medium,  
 quo illic egi, numquam deinde commoda vsa sum valetudine.

Ipsò S. Iosephi die Sanctissimum Eucharistia Sacramentū huc in-  
 tralatum, erant licet, Episcopi facultatem & vrbis assensum iam im-  
 petrallem, nolui tamen eius diei peruigilio elanculo circa vesperam  
 domum adire. iam abhinc multo tempore hæc mihi facultas data erat,  
 sed, quod in Incarnationis conuentu agerem, & iam alium Superiorem  
 habere, quam Patrem nostrum Generalem, fundationem hanc per-  
 agere non porueram; adhæc ipsam Episcopi, qui loco tum præsidebat  
 cum id citius volebat, licentiam non nisi verbo & ore tenus habebam,  
 quam ab ipso nobis procurarat honestus Eques Segobienſis Andreas  
 Ximenes, qui de illa in scriptis habenda parum laborabat, neque et-  
 iam mihi talis magnopere necessaria videbatur, sed decepta sum. Vt  
 enim Episcopi Vicarius intellexit, iam monasterium fundatum esse,  
 ac cruciatus ira illuc aduolat, sacrum vltèrius celebrari verat, cum-  
 que qui iam celebrabat, in carcerem compingere volebat, fratrem in-  
 quam quemdam Discalceatum, qui vna cum P. Iuliano de Auila, &  
 alio Dei famulo qui me comitabatur, Andrea Gaitano dicto, illuc  
 profecti erant. Erat hic Andreas Albæ equestri genere o- tus, ipsum-  
 que iam abhinc annis aliquot ad obsequium Dominus à mundi vani-  
 tatis quibus porro satis immersus erat, vocarat. hunc porro ipse ita  
 tum pessum dederat & proculcarat, vt aliud, quam quomodo Domi-  
 no magis placeret & obsequeretur, iam non spectaret. Idcirco autem  
 hæc de illo, hoc loco, referre volui, quod in ijs quæ sequentur funda-  
 tionibus, aliquoties illius facienda erit mentio, quoniam insignem in  
 ipsam mihi operam præstitit, & impigre laborauit: cuius virtutum si

Segobienſis  
canobii mi-  
ria.

Antonij  
Gaitani elo-  
gium.

S. M. Teresa Opera.

Fff

hic tex-

ESIA

ERA

VIT

E

hic texere catalogum & seriem vellem, non tam cito possem abfoluere: quæ verò hic nobis maximè necessaria erat, est, quòd iam sanctificatus, vt famulorum qui nos comitabantur, nullus, ita sine officio in obsequendo & laborando in ijs quæ opus erant fungantur, ipse. Orationi vero mirè dectus est, & tot ei Dominus gratias pariter vt, quidquid alijs molestum & laboriosum videretur, illi placeat, videat & facile sit. Talis est omnis labor & molestia, quam in huiusmodi foundationibus suscipit, ad eò vt tum hunc, tum P. Iulianum de huiusmodi ad has peragendas Dominus singillatim delegisse videatur; quamquam suam Iulianus iam inde à primi monasterij initio operam nauarit. Horum comitum pietati & sinceritati ascribendam videtur & Deus dedisse, vt omnia mihi bene succederent. Illorum rō colloquia & sermones per viam, erant de rebus diuinis, eos, qui aut nostro in comitatu erant, aut per viam occurrerant, accedebant, ad eò vt omnimodis, & per omnia diuine Maiestati famularentur. Quare par est, carissimæ, eam quæ foundationum harum historiam legerit, agnoscere & scire, quàm ijs multum debeat; vt, cum in vilo commodo suo, tantum in hoc bono, quo vos iam fruamini, quod hisce in monasterijs agatis, laboris susceperint, eos Deo actionibus commendatis, & aliquam saltem è precibus vestris operam ratem surripiant. Sanè si nossetis, quàm multas noctes & dies laboras habuerint, quæ per viam passi sunt incommoda & difficultates, credo equidem libentissimè id vos facturam.

*Sebastianus  
et omnes  
vini turba  
louis.*

Vicarius ergo templo nostro noluit excedere, sed licet ore, cio qua de causa, ad eius aditum constituit. Terrorem id, fatorem quem incussit illi presentibus, at me nihil, quodcumque dicitur post captam iam possessionem accideret, omnino turbabat; id quod timebam, id erat antè, quàm caperetur possessio. Itaque Monasterium cuiusdam, quam fortè mecum duxeram, consanguineos, P. marios ciuitatis illius, euocari, vt cum Vicario agerent, eorum habere me ad hoc faciendum ab Episcopo facultatem, significauerunt. Non ignoratis hanc, vt postea ipsemet dixit; athorillam, quæ illi habebat, quod illum rei huius certiore & participem non habuimus. quod certè, meo iudicio, peius longe fuisset. Is tandem cessauit, sacrorum dicendorum potestatem datus, at Sanctissimi Secretarius custodiam negauit, De quo parum laborauimus. Ad aliquos dies isthoc in statu res nostræ fuere; vsque dum alias ædes comparantur, & vnà cum illis magnas in caput nostrum lites arcessuimus. Quæ iam antè fat litium cum Patribus Franciscanis ob alias, quæ prioribus sinia coemptæ erant ædes, habuissimus: at ob posteriores illas

hymouerunt Sodales quidam Religiosi à Mercede cognominati, nec non Capitulum & Canonici, quibus emphyteuseos ius in domum illam erat. Quam, ò bone Iesu, difficile est cum diuersis hominum opinionibus decertare & rem habere: cum enim rem iam confectam mihi habere videbar, tum alia ex alia difficultas subnascebatur. nam factio non erat, quæ postulauerant omnia ipsis concedere, quoniam statim aliud & aliud in commodum afferebant. Hæc ipsum, ita dictum, nihil quidem esse videtur, at id ferre & subire, nimis quàm multum fuit. Quidam Episcopi patriæ, qui in eadem Ecclesia Prior & Canonicum agebat, quidquid poterat, nostri causa faciebat, nec non Licentiatius Heredijs, insignis Dei famulus. Cum Canonicis tandem, multo æte perluto, res feliciter composita est, at non cum Partibus illis Mercenarijs: vt ergo ad nouas illas aëdes transiremus, quam occultissimè id fieri oportuit. Vbi verò nos iam de facto (erenim vno atque altero ante festum Archangeli Michaelis die migrauimus) in illas transisse compererunt, pecunia accepta nobiscum pacisci, satius & præstabilius iudicarunt. Imprimis vero me in hisce difficultatibus occupabat, quod, cum non nisi septem mihi octo uel à Præfecturæ Incarnationis triennio exacto dies decissent, Abulam inde me digredi necessarium, muneris causa, oporteret. Domino ergo disponente & dirigente factum, vt omnia ita composita & ex voto constituta sint, nulla vt amplius exinde nobis his fuerit: vnde biduo aut triduo post, ad Incarnationis cenobium digressa sum. Sit nomen eius in perpetuum benedictum, quod tales & tantas mihi nunquam non gratias contulit, donec quo illius creaturæ eum laudent & celebrent. Amen.

## CAPVT XXI.

DESCRIBITVR FVNDATIO COENOBII VEASENSIS,

quod à Sancto Iosepho Saluatoris vocatum, & anno M.D.LXXIV.

in Sancti Matthei festo fundatum est.

EO ipso tempore, quo (sicut supra commemorauimus) iam inde ab Incarnationis Salmanticam proficisci iussa sum, & ibidem versarer, honesta quædam domicella Veasensis, misso nuntio, nec non litteris, quas Curionis aliorumque mittebat nomine, me inuitauit, vt illo in opido cenobium conditum venirem; & verò de domo minimè laborarem, etenim ipsam se iam paratam habere, vt sola, omnibus iam paratis, monialium quæ ipsam incolerent, requireretur presentia. Ergo nuntium, de opidi situ, commodis, & incolis sum percontata: qui multa mihi eiusdem bona commemorauit, nec iniuria est

*S. Mares  
Veasii in-  
uitatur,  
ad conuentum  
fundandum.*

Fff 2

namque